




Sermo de duplici justitia

<https://hdl.handle.net/1874/341929>

De modo Duplici
 Iustitia castiga
 tus. p. R. P.
 Martinū lu
 ther Au
 gustini
 anū ovitten
 burgen.
 sem.

ex dono e. Polheimis.



Sermo de Duplici Iustitia. .G.P.M.I.



Hatres hoc sentite in vobis quod et in Christo Iesu: qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratu est esse se aequalē Deo. **D**uplex est Iustitia Christianorum: sicut et duplex peccatum est hominum. **Q**uonia est aliena et ab exteriora infusa: haec est qua Christus iustus est: et iustificans per fidem: sicut. i. ad Corin. i. Qui factus est nobis a deo sapientia et iustitia et sanctificatio et redemptio. Si quidem et ipse (ut ioh. xi.) Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me non morietur in aeternum. Et iterum ioh. xvij. Ego sum via: veritas et vita: haec ergo iustitia datur hominibus in Baptismo et omni tempore: veracis poenitentiae: ita ut homo cum fiducia possit gloria: rī in Christo: dicere meum est: quod Christus vixit: egit: dixit: passus est: mortuus est: Non secus quasi si ego illa vixissem: egissem: dixissem: passus essem: et mortuus essem: Sicut sponsus habet omnia quae sunt sponsae: Et sponsa habet et omnia quae sunt sponsi. **O**mnia enim sunt communia virtutibus: sunt enim una caro: ita Christus et Ecclesia sunt unus spiritus: Sic benedictus est deus et pater misericordiarum (secundum B. Petrum) maxima et preciosa donavit nobis in Christo. Et paulus ij. ad Corin. i. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi: pater misericordiarum: et deus totius consolationis. Qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in caelestibus in Christo.

Haec gratia et benedictio ineffabilis olim promittebatur Abrahamae. **Gene. xij.** In semine tuo (i. in Christo) benedicentur omnes tribus terrae. Et **Isaie li.** Parvulus natus est nobis: et filius datus est nobis: **Pro. xv.** Nobis inquit: quia nos est totus cum omnibus bonis suis: si in illum credimus: sicut ad **Ro. viij.** dicit. Proprio filio suo non peccat: sed pro nobis omnibus tradidit illum: quoniam non omnia nobis cum illo donavit: Omnia ergo sunt nostra: quaecumque habet Christus gratis et indiguis nobis et pura misericordia donata: cum potius iram et damnationem meruerimus pariter et infernum. Unde et ipse Christus qui venisse dicit se: ut hanc pessimam voluntatem patris sui faceret: factus est ei obediens: et quicquid fecit nobis fecit: nostrum esse voluit: dicens Ego in medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Et iterum. **Ioh. i.** Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Et **Isaia liij.** Seruire me fecisti in peccatis tuis: et laborem pro bulis meis in inquietationibus tuis. **Igitur per fidem in Christum: fit iustitia Christi in iustitia et omnia quae sunt ipsius: imo ipsemet nos fit: Ideo appellat eam**

2
Alphus iusticiā dei ad Ro. i. Iusticia dei reuelatur in Euangelio sicut scriptum est: Iustus ex fide uiuit: Deniq; et ideo talis uocatur iusticia dei: et eiusdem. itq; arbitramur hominem iustificari per fidem: Haec est iusticia infinita: et omnia peccata in momento absorbens: Quia impossibile est: quod peccatum in Christo haerent: at qui credit in Christo: haeret in Christo: estq; unum cum Christo: habens eandem iusticiam: cum ipso: Ideo impossibile est quod in eo maneat peccatum. Et haec iusticia est prima: fundamentū: causa: origo ois iusticiae propriae seu actualis: quia uere ipsa datur pro originali iusticia in adam per dūta: et operatur id imo maius q̄ illa iusticia origina lis fuisse et operata.

Sic intelligitur illud ps xxx. In te domine sperauit non confundar in aeternum: in iusticia tua libera me: nō in mea: sed in tua (inquit) .i. in iusticia Christi dei mei: quae est per fidem: per gratiam: per misericordiam dei: nostra facta: et haec uocatur i psalterio per multa loca: opus domini. Confessio: uirtus dei: misericordia: ueritas: iusticia. Omnia haec sunt nomina fidei in Christum: animo iusticiae: quae ē in Christo. Unde Apostolus ad Galatas: primo. audeo dicere. Si uo tam non ego: uiuit uero in me Christus. Et ad Ephesios tertio: ut det uobis Christum habitare per fidem in cordibus uestris.

Haec igitur iusticia aliena: et sine actibus nostris per solam gratiam infusa nobis: trahente intus scz patre: nos ad Christum: op ponitur petō originali: quod alienū similiter ē sine nostris actibus: per solam generationem nobis cognatum et contractum: Et ita Christus expellit Adam de die i diem magis: et magis secundum quod crescit illa fides: et cognitio Christi: Non enim tota simul infunditur: sed incipit: proficit et perficitur tandem in fine per mortem.

Secunda iusticia est nostra et propria: non quod nos soli operemur eam: sed quod cooperemur illi primae et alienae. Haec nūc est illa conuersatio bona in operibus bonis: primo in mortificatione carnis et crucifixione concupiscentiarum erga seipsum: sicut ad Galatas: quinto. Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum uicijs et concupiscentijs. Secūdo et in charitate erga proximū. Tertio et in humilitate: ac timore erga deum: de quibus plenus est Apostolus: et omnis scriptura: Beuenter autem omnia ad Titum primo. comprehendit dicens: Sobrie (quo ad seipsum in carnis crucifixione) et iuste (quo ad proximum (et pie) quo ad deum) uiuamus in hoc saeculo. Haec iusticia est opus prioris iusticiae et fructus: at q̄ sequela eiusdem: sicut ad Galatas: quinto. Fructus autem spiritus (id est spiritualis hominis: qui fit per fidem in Christo) Charitas: gaudium: pax: patientia: bonitas etc. Spiritus enim uocatur homo spiritualis illo loco: quod pater: quia illi fructus sunt opera hominū. et Johannis: tertio. Quod natum est de carne: caro est: quod natū est de spiritu spiritus est. Haec iusticia perfit priorē: quia semp aborat: ut Adam perdatur et destruat corpus peccati: ideo odit et diligit proximum: non quaerit quae sua sunt: sed quae alterius: et

demerita: nescit Christus formam seruitutis in illa: quam magnificat
uit forma dominationis: nec est uaria aliud q̄ iusta: exaltata in glo
ria formae dei et cetera.

Sic faciet omnibus nobis: quotiens de iusticia vel sapientia
vel potestate inflamur: et irritamur aduersus iniustos: stultos: ipo
tentiores nobis: tunc enim (quae est maxima perueritas:) iusticia
cōtra iusticiā: sapientia contra sapientiam: potentia contra potentia
operatur. Nam ideo potens es: ut impotentes non impotentiores
facias opprimendo: sed potentes facias exaltando et defendendo.
Et ideo sapiens: ut non rideas stultos: ac sic magis stultos facias: sed
suscipias: sicut et ipsum uelles: et erudias. Sic iustus es: ut iustifices
et excuses iniustum: non ut condēnes tantummodo: detrahas: et
dices atq; vindices. Hoc est enim exemplum Christi erga nos: sicut
dicit: Non uenit filius hominis: ut iudicet mundum: sed ut mundus
saluetur per ipsum. Et iterum Lucae. ix. Nescitis cuius spiritus filij si
tis: non uenit filius hominis animas perdere: sed saluare. Ut natu
ra uehemens contra nititur: quia ualde delectatur in uindicta et in
gloria suae iusticiae: atq; in confusione iniusticiae proximi sui. Ideo
suam causam agit: quam gaudet esse meliorem q̄ proximi: causam
vero proximi persequitur: et cupit esse malam: quae perueritas est
tota iniquitas: debet enim dolere: qd̄ causa proximi non ē melior
q̄ sua: et optare ut sit melior q̄ sua: non minori gaudio q̄ quo gaudet
suam esse meliorem: haec est enim lex et prophetia.

Sed dicit. An non licet malos castigare: non decet peccata
punire: quis non tenetur iusticiam defendere: hoc enim esset occasio
nem prebere delinquendi.

Respondeo.

Non pot̄ hic simplex solutio dari: ideo distinguendum de ho
minibus: Sunt enim publici: vel publici vel priuati. Ad eos qui sunt
publici: id est in officio deico constituti: et in p̄sidentia: nichil pertinent
ea: quae dicta sunt: ad ipso enim ex officio et necessitate pertinet pu
nire et iudicare malos: vindicare et defendere opp̄sitos: quia nō ipsi
sed deus hoc facit: cuius sunt in hoc ipso serui: ut ad Roma. xij. late
Apostolus p̄sequitur: dicens. Non sine causa gladium portat et c̄.
Verum hoc est intelligendum in causis aliorum: non autem propria:
Nullus est enim in uice dei propter se et sua: sed propter alios. Si au
tem habet causam propriam: alium dei vicarium. q̄ seipsum requirat:
tam enim non est iudex: sed pars: sed de his alij et alias dicunt: latior
est enim res q̄ nunc dici potest. Priuati uero et p̄p̄tiae causae homines
sunt triplices.

¶ Primi qui uindictam quaerunt: et
iudicium apud vicarios dei: et horum nunc est totus numerus: hoc
tollerat Apostolus non autem probat ad. Rom. vi. dicens. Omnia
michi licet: sed non omnia expediunt: Imo dicit ibidem: Omnino
delictum est inter uos: q̄ iudicia habetis: sed tñ p̄pter maius malū
toleratur hoc minus malum: ne scipios vindicent: et uim alter alte

¶ faciat : reddendo malum p̄ malo : aut reposcendo sua bona : at-
men tales non intrabunt in regnum coelorum : nisi fuerint mutati in
melius : et licētia relinquunt : se quendo expedientia : quia affectus il-
le sui cōmodi extingendus est. ¶ Alij sunt qui non cupiunt vin-
dicam : imo parati sunt scdm̄ Euangelium Tollenti pallium et tu-
nicam dare : et non resistunt vlli malo. H̄ij sunt filij dei fratres Christi.
haeredes futurorum bonorum : Ideo vocantur in scripturis orphā-
ni : pupilli . vidue : pauperes : quorum pater et iudex deus vocari vo-
luit : eo qđ seip̄os non vindicant : imo si praesidentes p̄ eis vindicare
vellint : vel non cupiunt nec quaerunt : vel solūmō permittunt : aut si
sunt perfectissimi p̄hibent et impediunt : pot̄ parati et alia amittere.

Si dicis . Paucissimi sunt tales : et qđ posset in hoc mundo per-
manere si hoc faceret : Respondeo : Non est nouum hodie qđ pauci
saluantur : et angusta porta sit qđ ducit ad vitam : et pauci inueniātēā.
¶ Si nulli hoc facerent : qđo stabit scriptura : qđ pauperes : orphanos :
pupillos populum Christi predicat : Ergitur isti magis dolent de pec-
cato offendentium se : qđ de suo dāno et offēsa . Idqđ pot̄ agū : qđ illos
de peccō reuocent qđ qđ iniurias suas viciscantur : ideo formas iusti-
ciae suae erunt : et illorum formas induunt orantes p̄ persecutib̄
benedicentes maledicentibus : benefacientes malefacientibus : et
pro ipse inimicis suis poenas luere et satisfacere parati : vt salui fiant
hoc est euangelium et exemplum Christi.

¶ Tertij sunt qui sunt affectu tales : quales secundi iam dicti
s̄ effectu alij : h̄ij sunt qui nō reposcunt sua : aut reddi vindictam cu-
piunt : quia sua quaerunt : sed per eam vindictam et redditionem su-
orum quaerunt emendam illius : qui rapuit vel offendit : quem re-
dent sine punitione : non posse emendari . H̄ij vocantur zelosi : et in
scripturis laudem habent : sed hoc non debet attentare : nisi qui in
secundo gradu iam dicto perfectus est : et exercitissimus : ne furo-
rem pro zelo apprehendat : et quod amore iusticiae sese credit facere
ex Ira potius et impatiētia fecisse conuincatur . Similis est enim Ira
zelo et impatiētia amoni iustitiae : vt nisi a spiritalissimis discerni
satis non possint : Huiusmodi fecit Christus opus (vt dicitur Joh̄s
nis : secundo . Quando factis flagellis electi de templo vendentes
et emētes : et paulus quando dixit : in virga reuicam ad vos . etc.

.S. J. A. J. S.

Wittenburgii M. D. XXX.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

Second block of faint, illegible text, appearing as a separate paragraph.

Third block of faint, illegible text, continuing the document's content.

Small, faint text or signature located in the lower middle section.

Small, faint text or signature located at the bottom of the page.